Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35453
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

74.

talia Si celum curuaret se
usque ad terram non esset mirabile
tantum sicut istud quod xpc transmu
tauit panem in corpus suum et
vinum in sanguinem Gaude
peccator hodie et lauda deum
propter caritatem quam ad te habuit
Alio quod xpc fecit hodie quatuor
magna mirabilia Primum mirabile
fecit hodie in sacramenti confectione
de quo prius Caritate domino canti
cione magnum mirabile est quod
simplex panis transmutatur in corpus
xpi maius est quam quod natus est
de virgine Cuius causa licet vir
ginem parere sit contra naturam mulierem
parere est naturale et virgo cum mu
liere habet aliquam conuenienciam
et similitudinem quod autem panis
in corpus xpi transmutatur hoc est
supra naturam quod non potest comprehendi
nisi per fidem Unde oportet firmiter
credere quod veraciter sit corpus
xpi in manibus sacerdotis sicut fuit
in vtero virginis et pependit in cruce
et sic omnibus apparebit in iudicio
et ideo magnum est mirabile Sed non
est impossibile apud deum contra hoc
dicunt heretici Require supra in sermone
homo quidam Unde ad hoc sacramentum
homo debet accedere cum magna deuocione
quia dat vitam eternam Unde dominus in Io
Qui manducat meam carnem etc Qui
autem indigne accedit iudicium sibi
manducat et bibit Secundum vo

mirabile quod fecit est quod se ad
hoc humiliauit quod lauit pedes
discipulorum Ecce deus quis vnquam
ita humilis fuit sicut tu deus non
ne fuit magna humilitas quod cre
ator celi et terre lauit pedes di
scipulorum et etiam Iude traditoris
sui qui plenus fuit inuidia et
peccato Istam humilitatem mirabatur
beatus petrus ad dixit Domine tu mi
lauas pedes in eternum Si enim per certo
si dominus petrus non audiuisset sino
lauero tibi pedes et numquam ad
misisset xpm sibi lauare pedes
O homo attende humilitatem xpi
misit enim discipulos quiescere et sur
rexit a cena vt ministraret eis
Quis vnquam audiuit vel vidit
tantam humilitatem in aliquo homine
sicut in xpo Unde Ioh Scitis quid
fecerim vobis ego dominus et magister
vester Require supra quare dicatur
dominus et magister Considera quomodo
deus docuit humilitatem quia impos
sibile est hominem peruenire ad ce
lum sine humilitate Unde Bernardus Qui
sine humilitate virtutes congregat
est sicut si cineres in ventum portat
Et hoc est 2m mirabile quod prius
fecit Tercium mirabile est quod
hodie dominus fecit sua dulci predica
cione Unde in Ewangelio Cepit Ihesus
facere et docere hoc quod docuit verbo
compleuit opere quod non faciunt quidam
moderni doctores et predicatores